

1624 ottobre 28, Cadignano.

Visita del delegato vescovile Giorgio Serina (vescovo Marino Giorgi). Verbale e decreti.

Brescia - Archivio Vescovile: Visite Pastorali, reg. 18, cc. 41v-42r.

*Ediz.*: inedito.

---

(*trascr.*: T.C., 06.2008)

[c. 41v] *Visitatio Ecclesiæ SSanctorum Faustini, et Iouittæ*<sup>1</sup>  
Cadignani, peracta fuit V *Calendas Nouembris*  
M.D.C.XXIIIJ.<sup>2</sup>

IN prædicto loco unica tantum extat Ecclesia sub Titulo *SSanctorum Faustini, et Iouittæ*,<sup>3</sup> quæ non est consecrata, in hacque quatuor extant Altaria.

*Primum* est Altare maius

2.<sup>dum</sup> á parte dextra Altare *sanctæ Vrsulæ* manutentum Eleemosinis.

3.<sup>um</sup> <Altare> *Sanctissimi Corporis Christi*.

Quartum á parte sinistra Altare *sanctissimi Rosarij*.

Prædictæ Ecclesiæ inseruit unus Capellanus mercenarius manutentus á *Reuerendissimo* Capitulo Brixiaë, qui etiam curam exercet *animarum*.

Decreta edenda.

Conopeum pro Baptisterio conficiendum.

Baptisterium cancellis sepiendum, in ipsoque imago sacra pingenda.

Sacrarium ad formam aptandum.

Vas pro abluendis corporalibus comparandum.

Chorus dealbandus.

Bursæ decentiores pro corporalibus conficiendæ.

Sepulturæ aptandæ ad formam, aut interdicendæ.

Gradus Bredellæ Altaris *sanctæ Vrsulæ* ampliandus.

Altare portatile corporis Christi deprimendum, ut minus emineat, et gradus Bredellæ ipsius Altaris ampliandus. || [c. 42r]

Altare portatile ad formam comparandum pro Altari *sanctissimi Rosarij*, et eiusdem pariter bredellæ gradus ampliandus.

Decreta præteritæ Visitationis intimanda, ut prosint omnia exequutioni mandari, et illud præsertim, quo præcipitur né claves Reliquiarum á Laicis tantum custodiantur. ||

---

<sup>1</sup> Errore per: "Nazarij et Celsi". Lo stesso errore si ripete più sotto.

<sup>2</sup> 28 ottobre 1624.

<sup>3</sup> Cfr. nota 1.